

trecentesimo tregesimo tertio mensis Julii die duodecimo, intrantis indicione primâ Rivoalti. Testificor Ego DONATUS Gastaldio Dni. nostri Dni. Francisci Dandulo Dei gratiâ inclyti Venetiarum Ducis, et Ministerialis Curie Palacii, quod die tercio intrante suprascripti mensis Julii, propter preceptum ejusdem Dni. Ducis, secundum formam statuti Veneciarum, posui in tenutam et corporalem possessionem DONATAM quondam uxorem, FANTINAM et MORETAM quondam filias, omnes commissarias Nobilis Viri MARCI PAULO de confinio Scti. Johannis Grisostomi, nomine ipsius Commissarie, cum BELELLA olim filiâ et similiter nominatâ commissariâ dicti MARCI PAULO * * * de duabus proprietatibus terrarum et casis copertis et discopertis positis in dicto confinio Scti. Johannis Grisostomi, que firmant prout inferius in infrascripte notitie cartâ continetur * * * * ut in eâ legitur :

“Hec est carta fata anno ab Inc. D. N. J. C. millesimo trecentesimo vigesimo tercio, mensis Maij die nono, exeunte Indictione sextâ, Rivoalti, quam fieri facit Dnus. Johannes Superantio D. G. Veneciarum Dalmacie atque Croacie olim Dux, cum suis iudicibus examinatorum, suprascripto Marco Paulo postquam venit ante suam suorumque iudicum examinatorum presenciam ipse MARCUS PAULO de confinio Scti. Johannis Grisostomi, et ostendit eis duas cartas completas et roboratas, prima quarum est venditionis et securitatis carta, facta anno ab Inc. D. N. J. C. (1321) mensis Junii die decimo, intrante indictione quintâ, Rivoalti; quâ manifestum fecit ipsa DONATA uxor MARCI PAULO de confinio Scti. Johannis Grisostomi cum suis successoribus quia in Dei et Christi nomine dedit, vendidit, atque transactavit sibi MARCO PAULO viro suo de eodem confinio et suis heredibus duas suas proprietates terre, et casas copertas et discopertas, que sunt hospicia, videlicet camere et camini, simul conjuncta versus Rivum . . . secundum quod dicta proprietas sive hospicium firmat ab uno suo capite, tam superius quam inferius, in muro comuni huic proprietati et proprietati MARCI PAULO et STEPHANI PAULO. Et ab alio suo capite firmat in uno alio muro comuni huic proprietati et predictorum MARCI et STEPHANI PAULO. Ab imo suo latere firmat in supradicto Rivo. Et alio suo latere firmat tam superius quam inferius in salis sive porticis que sunt comunes huic proprietati et proprietati suprascriptorum MARCI et STEPHANI PAULO fratrum. Unde hec proprietas sive hospicia habent introitum et exitum per omnes scalas positas a capite dictarum salarum sive porticum usque ad curiam et ad viam comunem discurrentem ad Ecclesiam Scti. Johannis Grisostomi et alio. Et est sciendum quod curia, putei, gradate, et latrine sunt comunes huic proprietati et proprietati suprascriptorum MARCI et STEPHANI PAULO fratrum. * * * *

[The definition of the second tenement—*una cusina*—follows, and then a long detail as to a doubt regarding common rights to certain *sale sive porticus magne que respiciunt et sunt versus Ecclesiam Scti. Johannis Grisostomi*, and the discussion by a commission appointed to report; and, again, similar detail as to stairs, wells, etc.]—“declaraverunt et determinaverunt omnes suprascripti cancellarii in concordia quod tam puteus qui est in dictâ curiâ, quam etiam puteus qui est extra curiam ad quem itur per quamdam januam que est super calle extra januam principalem tocius proprietatis de CHA POLO, sunt communes supradictis duabus proprietatibus MARCI PAULO et toti reliquo dicte proprietatis quod est indivisum.” * * * * Et ego supra-